



Novissima tabula insular. Dordracensis, Alblasser, Crimper, Clundert etc. comprehendens item territoria Vianæ, Goricomii, Leerdami, Altenæ, Heusdenæ, ac civitat. S. Geertrudisbergam, Sevenbergam, Willemstadium, et circumjacentes regiones ad Holl. pertinentes

Kaart van het zuidoostelijk deel van Holland, Marcus Zuerius Boxhorn, 1632

<https://hdl.handle.net/1874/20431>

MARCI BOXHORN-ZVERII



HOL-37

Baliuviatu insignis est, primariæ dignitatis. Metropolim Dordrechture habet. Pagos & dominia ista complectitur: *Werckendans*, *Dussen*, *Beyerlandt*, *den Klundert*, *Besoyen*, *Sprangh*, *Cappel*, *Zydewijn*, *Nederveen*, *Wassick minor*, *Wassick major*, *Gravenmoer*, *Raemdonck*, *Drimmelen*, *Stanhesen*, *Meravede*, *Dorismonde*, *Crayenstein*, *langh Ambacht*, *kort Ambacht*, *Houveninghen*, *Dubbeldam*, *Puttershoeck*, *Mijns-heeren Lant*, *Heynkens oort*, *Wieldrecht*, *Develstein*, *Rysoort*, *Strevelshoeck*, *Stryen*, *Maeſdam*, *Heer-Iansdam*, *de Lint*, *Kijfhoeck*, *Heer Oudelandt*, *Schobbelandt*, *Swijndrecht*, (*à suum trajectu*) *Sandelinck*, *Rieder-Kerck*, *Iſelmonde*, *Orientalis & Occidentalis Baerendrecht*, *Carnisse*, *Pappendrecht*, *Alblas*, *Alblaſſerdam* (hunc putant esse locum *Tabalidictum* in *Tabulis Peutingerianis*, in quīs sub infima Bataviae collocatur) *Nieu-Leckerlant*, *Streekerck*, *Brantwyck*, *Molenwaers-graft*, *Hofweghen*, *Blaskens-graef*, *Wijngaerden*, *Slydrecht*, (frequens est terminatio ista in hoc tractu, cuius vim & originem in Dordrechti descriptione paullo post explicabimus) *Giffen oude Kerck*, *Giffen nieuwe Kerck*, *Hardunevelt*, *Crimpen ad Leckam*, *Crimpen ad Iſſalam*, *Ouwerkerck*, *Leckerkerck*, *Zuydbroeek*, (*Broeck paludem significat*) *Bergh-Ambacht*, *Berkou*, & *Stolwyck*. Et *Goerichemum*, cum castro, arcem *Louvesteiniam*, *Heusdam*, *S. Gertridisbergam* cuin arcibus suis atque pagis ad Australem Hollandiam pertinere disertim habetur illo in diplomatico, quod Philippus Burgundus Dordrechtenibus concessit anno 1447. *Maeſlandia* dicitur totus ille tractus, cuius latus *Mosa*, nobilissimum flumen, proxime alluit. Huic Briela opidum, *Vlaerdinga*, *Geervlietum*, *Heenvlietum*, *Puttenolandia*, *Stria* aliquique pagi nobilissimi, præter insulas complures, tribuuntur. *Schielandia* nomen est à *Scia amne*, unde & suum habet *Schiedamum*. Huic præter opidum jam dictum,

& *Rotterodamum* & *Gouda* possunt adsignari. *Delphum* atque tota ejus diuincula *Delpholandia* solet appellari; cui adiungi potest *Haga*. Sequitur *Rhenolandia*, ab Rheni interlambentis ostio ita dicta. Hujus caput constituant *Leidam*. In qua ipsa *Baliuvus Rhenolandiae* jus dicit. *Kinheimarios*, vernaculis scriptoribus *Kenemers*, *Keneſers* vel *Kermers* dictos, Iunius à secundo Rheni, sive medio ostio, apud Cattorum vicum, vulgo *Catwyck*, initium capere existimat, longoque terrarum tractu, secundum colles arenarios, nobis *Duynen*, cunicularū stabulis antrisque in hunc usque diem nobilitatos sedes suas habere Harlemo tenus, ita ut Oceanum Britannicum, iniquum vicinū, cum prædictis collibus habeant ab Occidente, à nascentis vero Solis plaga *Becam* fluvium. Tria autem opida, *Harleum* caput *Regiunculæ*, *Almariam* (quæ tamen Westfrisiae vulgo adscribitur) & *Beverwicum* cum pagis circiter quadraginta duobus, attribuit illis *Reinerus Snojus*. *Kinheimariae* nomen suum natum videtur à *King*, quod contractum à *Koning*, ut hodieque apud Anglos, Regem seu virum principem, & *Heim*, quod domum vel hospitium designat. Solebant enim olim in hoc tractu Hollandiæ Principes rite inaugurarci. Inter *Harleum* atque *Almariam* mons est seu tumulus, *D. Adelberto* sacer, vulgo *Alberts-Bergh*, in quo Comites, tamquam *Kinheimariae Domini*, sollenni populi atque nobilium conventu, salutabantur. Clarius adhuc *Chronographus popularis*, qui Divis. i.c. xiiii. disertim testatur, prope hunc *Adelberti* collem olim *Aulam* fuisse Hollandiæ Principum celeberrimam, quæ nunc *Hage* Comitum est, ob situs amēnitatem atque arces magnificas passim hic cōstriv. etas, quales fuere *Cleve*, *Brederode*, *Velsen*, *Rinichom*, quæ nunc *Egmonda*, & plures aliæ. Exstant etiamnum